TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0867**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

24

DIPLOMI
DI
LAUREA

867

Diploma di laurea in medicina
del Signor Giuseppe Morelli di Valenti
no Friulano, 1795, 12 Maggio, Padova.

Acquisto 26 Febb.o 1887

Cent.mi 60

[illegible]

IN CHRISTI NOMINE AMEN.

UNIUERSIS, et singulis presens hoc Publicum Doctoratus Privilegium visuris, lecturis, et audituris, **Nos Justus Ant. Co. Bolis S. T. D. Coll. Protonotarius Aplicus Cum Privil. Participã Canonicus Pat.**, et in Eodem Episcopatu **Vic. Gentis**, Illmi, et Rmi, D. Nicolai *Antonii Justiniani Epi Patrii Congregat. Cassinensis Ord: S. Benedicti Comitisq: Saccensis, salutem in Domino. qui est omnium vera salus*

~ ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~

GLoriosa Scientiarum, ac bonarum Artium Mater Padua, cujus in tota Italia veneranda Clarissimorum Doctorum auctoritas, atq. peritia sydereis virtutum omnium splendoribus obtinet Principatum, eos dumtaxat ad summum Doctoratus gradum, et Magisterii dignitatem extollere consuevit, quos rigorosi examinis certamen, et virtutum excellentia, nec non meritorum copia Laurea Academica, et Doctoratus Corona dignos exhibuerint; Quandoquidem Majoribus nostris juri consentaneum semper visum fuit, unumquemq. pro meritis digna premia referre. Propterea jure optimo sancitum est, ut qui Liberalibus Artibus Philosophię, et Medicinę omnem suam operam, et Studium impenderent, ii summa laude, et honore maximoque virtutis premio afficerentur, quatenus eorum exemplo Socii et Posteri ad capescendam virtutem ac summe probitatis, et laudis decus honore, et gloria accenderentur.

~ ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~

SIgnificamus itaq. vobis, et harum Litterarum tenore fidem facimus, et attestamur quod die infrascripta datarum pręsentium Nos Vicarius antedictus auctoritate Prefati ~ ~ ac **Rev. mi D. D. Episcopi Paduę**, ex sua Pontificali dignitate competente, tam ex antiqua, et approbata consuetudine Studii prędicti, quam vigore Privilegiorum Apostolicorum felicis recordationis **Sanctissimorum D. D. Vrbani V. Clementis VI, et Eugenii IV. Summorum Pontificum**, qua fungimur in hac parte sub Regimine Ill: mi, & **Sapien: mi D. Leopoldi Marci Antonii Caldani Bononiensis**, Ad Theor. Ord. Med. et etiam Ad Anat. Ord. jure ac titulo **P. P. Pub. Pro.**

blici Profess: Pro-Rect: ac Synd. Dig.^{mo} Alme Universitatis D. D. Antist. Celeberrimi Patavini Archigymnasii per venerandum Collegium Excellentissimorum Phie, et Medic. Doctorum ejusdem Archigymnasii Preclariss: D. JOSEPHUM MORELLI filium Domini Valentini Forojuliensem. qui post diligentem in Studiis operam, ac meditationes assiduas, variaq. ejus probitatis, et eruditionis documenta, ac uberrima testimonia Fidem Catholicam verbis juxta Bulle bone memorie Pii Pape IV. tenorem conceptis palam, et solemniter coram Nobis professus est, à Promotoribus suis adductum, et Nobis oblatum, quo de ejus doctrina periculum fieret, locis Ei, ut moris est, ad explicandum prestitis in Phiā et Medic. diligenter, et acriter examinandum coram Nobis, et excutiendum curauimus, qui in punctis seu textibus explicandis argumentis tractandis, questionibus soluendis, affectibus ex tempore propositis curandis, in omni deniq. sui periclitatione adeo egregie, prudenter, docte, honorifice, laudabiliter, excellenter, et Doctoreo more se gessit talemq., ac tantam ingenii, memorie, doctrine, facundie, ceterarumq. rerum, que in consummatissimo Philosopho, ac Medico requiri solet, vim ostendit, ut magnam sui expectationem, quam apud omnes concitauerat non solum sustinuerit, sed etiam longissime superauerit; Et ob eam rem ab omnibus Exc:^{mis} dicti Sacri Collegii Doctoribus ibidem continuo existentibus Unanimiter, et Concorditer Cunctisque Suffragiis, ac Eorum NEMINE PENITUS, atq. PENITUS, PENITUSQ. discrepante, aut dissentiente, nec hesitante quidem Idoneus, aptissimus, ac Sufficientissimus in Phiā, et Medic: fuerit judicatus, et approbatus, sicuti ex Eorum uotis secreto in scrutinio Nobis porrectis euidenter, et perspicue constitit. Nos itaq. antiquam sequentes consuetudinem, et Privilegiorum sententiam Patavini Archigymnasii (habita ratione scientie, dicendi facultatis, methodi interpretandi morum, ac virtutum quorum omnium certissimum specimen exploratus, et pertentatus dedit) de consilio, et sententia omnium, et singulorum predicti Sacri Collegii Doctorum, et Professorum presentium, ac postulantium pro Tribunali sedentes Eundem Preclarissimum Dominum JOSEPHUM MORELLI. Virum Doctissimum et ita universis nature, atisque dotibus ornatum, ut nihil amplius Ei deesse uideatur Doctorem Phie, et Medic: in DEI Nomine approbauimus, et approbatum esse uolumus pronunciantes, et declarantes Eum esse optime habilem, Idoneum, ac dignum munere, dignitate, officio, et honore Doctoratus in Phiā et Medic:, Ipsumq. continuo Phie, et Medic: Doctorem fecimus solemniter, et creauimus, ac per presentes facimus, et creamus, tribuentes Ei, et concedentes tamquam uere Idoneo, et optime digno; et ob hanc Promotionem, ac virtutem merito potestatem atq. auctoritatem Cathedram Ma-

gistralem ascendendi, ac insignia Doctoratus à Promotoribus suis petendi, et recipiendi, ac ipsis Promotoribus illa, Ipsi impertiendi liberam facultatem et preterea Eidem plenam in **Domino** concedentes potestatem, et auctoritatem, ut de cetero libere possit hic, et ubiq. in toto Orbe Terrarum priuatim, atq. publice in Phiā, et Medic: legere, repetere, consulere, docere, disputare, glossare, predicare, interpretari, questiones terminare, Scholas regere, Baccalaureos constituere, omnibusq: et singulis uti, frui, et gaudere Privilegiis, Prerogatiuis, Exemptionibus, Immunitatibus, Libertatibus Concessionibus, Honoribus, Fauoribus, Gratiis, ac Indultis aliis quibuscumq: quocumq. nomine censeantur, quibus Romane Curie Parisiensis, Salmaticensis, Papiensis, ac Bononiensis, atq. reliquorum omnium Studiorum Doctores, et Magistri ex quibuscumque Apostolicis, et Imperialibus, seu aliis Ecclesiasticis, vel Temporalibus concessionibus aut indultis gaudent, et utuntur, vel uti et gaudere possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, juxta formam, ac tenorem Privilegiorum Apostolicorum à memoratis olim summis Pontificibus huic inclyto Studio, Almoq. Patavino Collegio absolute concessorum. Quibus ita gestis, ac declaratis, ut supra Perillustris, et Exc.mus Phie, et Medicine Doctor. D. Petrus Sograffi Cretensis. Ad Artem Obstetriciam, & ad morbos Mulierum, & Puerorum. P. P. & Prom. Ejusdem in Phiā, et Medic: pro se atq. Perillustribus et Exc.mis Phie, et Med. Doctoribus et Professoribus videlicet. D. Stephano Gelini Veneto. Ad Theor. Ord. Med. D. Andrea Comparetti Veneto, Ad Pract: Ord. Med. jure ac titulo P. P. et in Nosocom. Ad Med. Pract: D. Josepho Bertossi Utinense. Ad Pract. Ord. Med. R. D. Petro Zuliani Forojuliense, Ad Philoseph. Ord. jure ac titulo P. P. D. Simone Stratico Ven. Ad Mathesim Nautice Theor. & Experim. Phiam, D. Homobono Pisoni Crem. Ad Institutiones Medicas. D. Petro Sograffi Cretense. Ad Artem Obstetriciam et ad morbos Mulierum Puerorum. R. D. Jo. Baptista Marinelli Rhodig. Ad Elem. Geom. Plan. ac Solid., & Sect. Conicar. memoratum per suam luculentissimam orationem petentem, et acceptantem consuetis insignibus ac ornamentis Doctoralibus ibidem decoravit solemniter, et publice insigniuit, tribuitq: Eidem Ph.e et Medic: libros primo clausos, mox et apertos Annulumq. Aureum digito Ipsius indidit, ac Birretum Doctorale pro Laurea Corona capiti Eius imposuit, pacisq: osculum Eidem exhibuit cum Magistrali Bened. Sic itaq. summa cum laude et et honore Preclarissimus, et Exc:mus D. JOSEPHUS MORELLI filius Domini Valentini Forojuliensis. ad summum Doctoratus apicem Ph.e et Med: **DEO Favente**, pervenit.

Cum vero predictus Exc:mus D. JOSEPHUS MORELLI filius Domi-

ni Valentini forojuliensis. hujusce Almę Universitatis Matriculę adscriptus; per Quadriennium tam publicis priuatisq. Lectionibus interfuerit, quam publica Examina annuatim subierit, ideo juxta Decretum Ex.mi Ven. Senatus diei XXVIII. Decembris 1776. in inclyta Venetiarum Vrbe totoq. Serenis.° Dominio Veneto Medicinam actu exercere poterit. In quorum omnium, et singulorum suprascriptorum fidem, ac testimonium has nostras patentes Privilegii Litteras manu nostra subscriptas, et per Cancellarium Episc: subscribi, ac Prefati Illmi et Rmi D. D. Episcopi Sigilli jussimus appensione muniri.

Datum Paduę in Episc. Palatio in loco solito Examinum Anno a Christi Nativitate MDCCLXXXXV. Ind. Rom. XIII. Die vero Martis XII Mis May. Pontificatus autem Sanctiss: in XTO Patris, & D. N. D. Pii Div. Providentia Popę VI. Anno XX. Presentibus ibidem D. Francisco Fedrigo Bid. Glc et D. Josepho Faggin et aliis testibus, ad premissa vocatis, et rogatis.

L. D. O. M.

Justus Ant.s Bolis S. Th. D. Coll.s Cancus Vic.us Gen.lis

Ego Aloysius Borelli J. U. D. Promotor Fiscalis Curię Epalis Paduę suprascriptum Doctoratus Privilegium D.ni D.ni Joseph Novelli Forojuliensis in Philosophia et Medicina nemine penitus dissentiente approbati transcripsi ad eandem D. O. M.

Venetiis die 10. 8bris: 1804.

Vidi, et in acta Ces. R. Gub. Gen. referre curavi et reponi Praxis Chirurgię ad tres [illegible] ann., et sic possit exercere [illegible]

Piccioli Cons. I. R. S. S. ac Reg. Delg. Med. [illegible]

Joseph Ciro J. U. D. Almę Uniuersitatis scriptor.

[illegible]

867

867

1637, 17 Decembre. Roma

Diploma di Laurea in Legge

di Mario Franceschinis di Gemona

867

IN NOMINE DOMINI AMEN

GLORIOSA STVDIORVM MATER VRBS ROMA

Que inter omnes mundi Ciuitates celeberrima Scientiarum omnium studio decorata existit atq. singularibus priuilegijs, Pontificijs et Imperialibus sublimata, cuius etiam in toto Terrarum Orbe uenerandi famosissima et antiquissima Clarissimorū Doctorum vndecunque confluentium authoritas syderei velut splendoribus illustrata obtinet Principatum illos dumtaxat ad publicā et eminentem

Cathedram supremiqz Doctoratus utriusque censure

splendidissima dignitatem sublimat et extollit, quos

longo exercitio, labore studio et disciplina, spretis re-

lictisque mundi delitijs sese doctrine penitus dantes

ipsam et pene diuinam canonicam Ciuilemq. scien-

tiam adeptos maximis laudibus accurate reperit p-

batissimos et quos certamen subtilis examinis digne

ad id promouet per concurrentium uirtutū copiā

meritorumque excellentiam; itaut tales pmouendi

apud uniuersos mundi Prelatos, Principes et Rec-

tores pro eorum assistentia, et ad gubernandum

et ad bene beateque regendum Ecclias et Respubcas

aliasque dignitates, coeteris Hominum generib. et

eiusd. ordinis singularibus priuilegijs prerogatiuis,

laudibus et honoribus, ac dignitatum culmine (id

quod omnium rerum pstantissima uirtus ex pos-

tulat) ueniant meritissime pferendi. Cū Itaqz.

Excellens D. MARIVS FRANCESCHINVS
Gemonensis Dioec. Acquileién. qui scientia
preclarus, moribus modestus, ingenio acutus, et om=
ni doctrina p̄ditus celeberrimis in studijs exer=
citatus assiduis uigilijs iuribus Pontificio et Ce=
sareo sollicitam operam iugiter nauauit; habita
prius debita informatione de eiusd; religione, et
fide Catholica; ac p̄cedente eiusd; fidei Catholi=
ce professione, ac iuramento sup SS. Dei Euangelijs
palam et publice in manibus Collegij infrorum
Ill; et Exc.morum DD. I.V. D D. Concistoria=
lium Aduocatorum prestito iux formam lrãrum
fe: rec. Pij Pape Quarti fuerit legitime p̄sentatus per
Ill; I.V.D. Concistorialem Aduocatum D.
Franciscum Cultellum eius Promotorem co=
ram Ill; ac R.P. D. Philippo Pirouano
Rote Auditore, ac Em;mi et Rmi D. Hippolyti

S. Eustacchij Diac. Card. ... S.R.E.
Camerarij, Inclitique Romani studij Vniuersitatis
Cancellarij in offō Cancellariatus huiōi Lrē meritis-
simo examinandus, et approbandus in iure canonico,
et Ciuili et ob hoc se subiecerit arduo, rigoroso, et treme-
bundo examini priuato omnium infrorũ Illū DD.
Concistorialium Aduocatorum videlt. DD.
Petri Francisci de Rubeis Decani Dominici
Cecchini, Hieronymi Meltij, Iulij Cincij,
Iosephi Bayle, Antonij Montecatini Fran-
cisci Ferretti In quo quidem examine d. Dnūs
Marius puncta sibi assignata in iure Canonico
c. qualiter de Pactis et in iure Ciuili l. certi
Iuris C. de Testam. Milit. miro ordine recita-
uit, continuando rubricas, textus diuidendo notabi-
lia colligendo, ampliando, limitando pro, et con argu-
endo, argumentisqz eorumdē de Collegio Doctorum

acute, et subtiliter respondendo adeo docte, eleganter et
bene se habuit, quod fuit ab omnibus d. Collegij
Aduocatis in iure canonico et Ciuili idoneus, et
sufficiens habitus tentus, et reputatus, et ob id ab eis
in dd. iuribus canonico, et Ciuili. Vnanimiter
concordite pari uoto, nemine penitus discrepan-
te ac Viua Voce Viuisque Suffragijs quod dun-
taxat doctissimus, et consumatissimus psonis concedi
solet) iure, et benemerito approbatus. Idcirco prius
Ill.; et R.P.D. L. iis consideratis scia moribus uir-
tute et honestate, quibus eund. D. Ma[illegible]
Altissimus illustrauit autate pti Em.mi et R.mi
D. Cardinalis Camerarij, et Cancellarij et qua
in hac parte fungitur eund. D. [illegible] be-
nemeritum dignum, sufficientem, et idoneum ad
d. V. I. Doctoratus gradum assumendu et reci-
piendum fore, et esse pnunciauit, et declarauit, ac

ipsum in iure canonico, et Ciuili Doctorem fecit, cre=
auit deputauit, et solemnir ordinauit; itaut in
futurum omnibus priuilegijs, exemptionibus, digni=
tatibus, gratijs, fauorib?, indultis, libertatibus, prerroga=
tiuis, et preminentijs, quibus alij I.V.D D. vtuntur
potiuntur et gaudent, ipse quoqz. D. Marius
I.V.D. creatus vtatur, potiatur, et gaudeat. Dans
insup eid. facultatem legendi docen glossan, in=
terpretandi magistralem Cathedrā ascendendi om=
nesquē alios Doctoreos actus publice, et priuatim
exercendi. Hiis sic pactis ptus D. Marius
considerans quod ad pfectionē cuiuslt humani act?
finis congruus appetendus est a pto Ill. D. Promore
solita Doctoratus insignia sibi concedi, ac tradi
humilr postulauit. Vnde ptus Ill. D. Promōr
petitioni eius honeste annuens ipsum in Cathedrā
Doctoream collocauit, eique libros iuris canonici,

et Ciuilis clausos mox et apertos in manibus prębuit, et digito annulari anulum pro desponsatione, et capiti biretum pro corona imposuit, ac ut intelligeret se inter I.V.DD. fuiße receptum ad osculum fr̃ernum à singulis receptus fuit, ad laudem, et gloriam Omnipõntis Dei. In Quorum fidem p̃ns instrũm manu eiusdẽ Illᵐⁱ et R.P.D. Lñtis subscriptum, ac solito eiusdem Emᵐⁱ et Rᵐⁱ D. Card. Camerarij et Cancellarij sigillo munitum in priuilegij forma, p̃tus Illᵐ et R.P.D. Lñs p me Notũm d. Collegij Secretarium fieri subscribi et publicari mandauit. Actum Romę in Gymnasio pubᵒ Regionis S. Eustacchij Anno Dñi MDCXXXVII. Indictione V. Die XVII. Xᵐbris, Pontũs Sᵐⁱ D.N. D. Vrbani diuina prouidentia PP. VIII. Anno decimoquinto. P̃ntibus ibidẽ Illᵐ D. Petro Ottobono Veneto, Illᵐ D. Io: Bapta Brixia Tarui-

sino, et Exc.te D. Jacobo Francisco Vigna Asten
I.V. D D. Testibus ad præ uocatis et rogatis.

Ph. Pironamus Rot. ...

Franc.s Leuillus Adv. consistorialis et
... Promotor.

Et ego Octauius Biscionus Romanus
notarius pub.cus, et Celeberrimi Collegii Per
Ill.rum et Excell.morum DD. Aduocatorum
Consistorialium Almæ Vrbis, Secretarius
specialiter deputatus quia de prædictis rogatus
fui, ideo præs Doctoratus priuilegium
subscripsi, et publicaui, meoq. solito
signo signaui, in fidem omnium et
singulorum rogatus et requisitus &





867

1680

Laurea in utroque iure

di Giulio Pozzo



IN CHRISTI NOMINE AMEN.

VNIVERSIS & singulis
praesens hoc publicum Doctora
tus Priuilegium visuris lecturis
seu legi audituris. Vos Alexander
Mantuanus Serraualens I.V.D. Prot. Apo
& in Epatu Paduę Em: et Reuer. D.D. Gregorij
S.R. Ecc. Card. Barbadici DEI, & Aplicae
Sedis gratia Epi Patauini Comitisq. Saccensis,
nec non Gen̄alis Priuilegiati Antiquiss.ᵢ ac Cele
berrimi Archigymnasij Patauini Aplici Cancel
larij Digniss.ᵢ Vicarius Gn̄alis Salutem in Eo
qui est omnium vera Salus. APVD Antiquã
et praeclaram Vrbem Patauinam quę veluti
omnium scientiarum Alumna per Italiam Vni
uersam Inclita Clarissimorum Doctorum: auctori=
tas atq; peritia sidereis Virtutum omnium
splendorib; obtinet principatũ, illos dumta=
xat ad summum Doctoratus gradum, quo
caeteris hominium generib; praeferuntur,

post diuturnos labores, atque vigilias prosilire contingit, qui exami=
nis rigorosi dubio in certamine probati apud Uniuersos mundi princi=
pes consulendo, Vrbes, ac Nationes Iuris auctoritate regendo, Resque pu=
blicas gubernando singulari honore, et Priuilegio digni recte possint
â cunctis merito iudicari quatenus eor. exemplo posteri ad capes=
sendā virtutem, ac summæ probitatis, & laudis decus honore, ac gloria
accenderentur. Significamus itaq. vobis, & harum seriē fidem fa=
cimus, & attestamur, quod die infrascripta datarum præsentium
Nos Vicarius antedictus auctoritate præfati Em: & Reuer.: D.
D. Epi Paduę ex sua Pontificali dignitate competente tam ex an=
tiqua & approbata consuetudine Studij Patauini quam vigore Priui
legior.: felicis recordationis Sanctissimor.: D.D. Vrbani IV. Clemētis
VI & Eugenij IV. Summor.: Pontificum qua fungimur in hac par=
te sub regimine Ill.mi: D.D. Gottardi Malengny Nob. Burm: Rheti
Pro Synd.ci Almæ Vtatis D.D. Iuristar. Celeberrimi Archigymnasij Pataui
ni per Venerandum Collegium Excell. Iuris Vtriusque Doctorum eius
dem Archigymnasij D. IVLIVM PVTHEVM Forolujiensem Dni
IVSTINIANI Filium, Qui post longa denique studia et vigilias varia
que eius probitatis ac eruditionis documenta, ac uberrima testimonia
Fidem Catholicam verbis iuxta Bullæ Bonę memoriæ Pij Papæ IV. teno=
rem conceptis palam, et solemniter coram Nobis oblatum ad subeundū
suū rigorosum examen punctisq. ei in Vtroque Iure hesterna die iux=
moris est [illegible] assignatis diligenter, & acriter examinandum cora No=
bis, atq. excutiendum curauim.; qui locis persequendis, argumentis
tractandis, quęstionib.; clare soluendis, in omni deniq. periclitatione
sui tam egregie, prudenter docte honorifice laudabiliter, excellenter
magistraliter, et Doctoreo more se gessit talemq. ac tantam Ingenij memo
riæ Doctrinę cæterar. que rerum, que in consummatissimo Iuris Vtrius
que Doctore desiderari solent, vim ostendit ut magnam sui expectatio
nem quā apud omnes concitauerat, non solum sustinuerit, sed etiam lon=
gissime superauerit, & ob eā rem ab omnib.; Excell.mis dicti Sacri Collegij
Doctorib.; ibidem continuo existentib.; VNANIMITER, & Con=
corditer, Cunctisque Suffragijs, ac Eorum Nemine Penitus Atque Pe=
nitus Discrepante aut Dissentiente, Nec Hæsitante Quidem, idoneus,
ac sufficientissimus in Vtroque Iure fuerit iudicatus, ac merito qui=
dem approbatus, sicut ex eorum votis secreto in scrutinio Nobis por=
rectis euidenter constitit. Nos itaq. antiquam sequentes consuetudi
nem, ac Priuilegior. sententiam Patauini Archigymnasij, habita ratio=

ne scientie dicendi facultatis methodi interpretandi mor: ac Virtutum
(quorum omnium certissimum specimen exploratus & pertentatus
dedit) de consilio & Sententia omnium Excellentissimorum preno-
minati Sacri Collegij Doctorum presentium ac postulantium pro Tribu
nali sedentes eundem Dñum IVLIVM PVTHEVM Virum quidem do
ctissimum, atque ita Universis Naturæ dotibus ornatum, ut nihil am-
plius in eo desiderari possit in Dei nomine approbauim et approba-
tum esse uolumus pronuntiantes & declarantes eum esse optime habilē
idoneum ac dignum munere dignitate officio atq. honore Doctoratus in
Vtroque Iure ipsumq. continuo Vtriusque Iuris Doctorem fecimus solē-
niter, & creauimus, ac per præsentes facimus, & creamus. tribuentes
ei tanquam vere idoneo, & optime digno, & hac promotione dignissimo,
potestatem, & auctoritatem Cathedram Magistralem ascendendi ac Insi
gnia Doctoratus à Promotorib. suis petendi & recipiendi ipsisq. Promo
torib. ea illi impertiendi ac præterea eidem plenam in Dominio conceden-
tes facultatem, ut de cætero libere possit hic, & ubiq. in toto Terrar. Orbe
priuatim atque publice in Canonica, et Ciuili sapientia legere repetere
consulere, docere, disputare glossare practicare, interpretari questiones
terminare, Scholas regere Baccalaureos constituere omnibusq. et singulis
uti frui, & gaudere Priuilegijs prerogatiuis exemptionib. immunitatibus
libertatib. concessionib. honoribus fauorib. gratijs, ac indultis alijs quib.
cumq. quocumq. nomine censeantur, quib. Romane Curiæ Parisiensis Sa-
lamaticensis papiensis Bononiensis, atq. reliquorum omnium studior.
& Magistri ex quibuscumq. Aplicis & Imperialib. concessionib. aut in
indultis gaudent, & utuntur, uti, & gaudere possunt, ac poterunt quomo-
dolibet in futurum iuxta formam continentiam vim ac Etiam Priuilegior.
Aplicor. à memoratis olim summis Pontificib. huic Inclyto Stud.° almoque
Patauino Collegio absolute concessor. Quib. ita gestis ac declaratis ursu
pra Præclarissimus & Excell. Dnus Antonius Vaira Venetus Can:
Ciuitat. Fori Iulij ad Lect. institutionum in p.° loco Promotor eius in Vtro
que Iure pro se atq. Per Illustrib. & Excell. Iuris consultis Videlicet D. Pau
lo Dotto de Castro Franco ad Lect. Iuris Cæsarei de mane in p.° loco D.
Almerico Pasiarello Ferrarien: ad Lecturam Iur: Canon: de mane
in p.° loco D. Ioanne Baptista Casrello Abb: Ext.° ad Lect. institutionū
in 2.° loco Deputatis, memoratū virum per suam luculentissimam oratio
nem petentem, & acceptantem consuetis Insignib. ac ornamentis Docto
ralib. ibidem decorauit solemniter, & publice insigniuit. Tribuit naq.
ei Iuris Vtriusque Libros p.° clausos mox, & appertos annulumq. aureū

digito ipsius indidit, ac biretum Doctorale, pro Laurea Corona, capiti eius
imposuit, Pacisque osculum eidem exhibuit cum Magistrali Benedictione.
Sic itaq: summa cum laude, ac honore ingenti prefatus Per Ill. & Excell.
D.nus IVLIVS PVTHEVS ad summum apicem Doctoratus Iuris Vtrius-
que, Deo Fauente, peruenit. In Quorum omnium & Singulorum supra
scriptorum fidem, ac testimonium has Nras Patentes Priuilegij Litteras ma
nu Nra subscriptas & per Cancellarium Ep.alem subscribi ac prafati
Em: & Reuer. D.ni D.ni Ep.i Sigilli iussimus appensione muniri. Actum
& Datum Padue in Ep.ali Palatio in loco solito examinum Anno a Chris
ti Natiuitate MDCLXXX Indict. IV Die vero Veneris XXVIII Men:
Iunij: Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris D. D. N. INNO
CENTY Diuina Prouidentia Papę XI. Anno IV. Præsentib: ibidem
Nobilibus D.nis Eusebio Stellà Foro Iuliense, nec non Bartho
lomeo de Angelis Feltrense, alysque quamplurimis diuersarum
nationum Nobilibus Studiosis in magna et frequenti copia testibus
omnibus ad premissa vocatis et rogatis.

L. D. O. M.

Alexander Mantuanus [illegible]

Concordas cum Registro existen.
in Cancellaria Ep.ali Pad.e, collecta nemine
[illegible] discrepante Doctor in utroque
Iure approbatus [illegible]
[illegible] Ep.atus Pad.e [illegible] die 28 Iunij 1680

867

1643

Laurea in legge
di
Giulio Pozzo di Venzone



IN CHRISTI NOMINE AMEN

VNIVERSIS, & Singulis præsens hoc publicum Doctoratus Privilegium visuris, lecturis, et auditurís Nos MARCVS ANTONIVS CO-
MES MARTI-
NENGHIVS
Patritiꝰ
Ve-

Venetus, Iuris utriusq. Doctor, Canonicus Patavinus, Episcopus Turcellanus electus, et in Ep̃atu Paduæ Ill.mi et Rev.mi D.D. GEORGIJ CORNELIJ, DEI, et Apostolicæ sedis gr̃a Ep̃i Patavini, Comitisq. Saccensis, nec non generalis, privilegiati antiqsſimi, ac celeberrimi Archigymnasij Patavini Apostolici Cancellarij dig.mi Vicarius Generalis, et Vices Gerens; salutem in D.O, qui est omnium vera salus. Apud antiquam, et præclaram Vrbem Patavinam, quæ veluti omniũ scientiaꝝ alumna per Italiã universam clarissimoꝝ Doctoꝝ auctoritate, atq. peritia, sydereis virtutũ omnium splendoribus obtinet prinipatũ, eos duntax ad sũmum Doctoratus gradũ, et Magisterij dignitatem, qua cæteris hominũ generibus præferuntur, post diuturnos labores, atq. vigilias præsilire contingit, qui rigorosi examinis dubio, in certamine probati, apud universos Mundi Principes consulendo, et Vrbes, ac Nationes Iuris auctoritate regendo, resq. publicas gubernando, singulari honore,

nore, ac privilegio digni recte possint a cũctis merito iudicari; quatenus eorum exemplo Posteri ad capessendam virtutem, ac sũmæ probitatis, et laudis decus honore, et gloria accenderentur: significamus itaq. vobis, et harum serie fidem facimus, et attestamur, quod die infrascripta datarum præsentium Nos Vicarius antedictus auctoritate præfati Ill.mi et R.mi E.pi Paduæ ex sua Pontificali dignitate competente tam ex antiqua, et approbata cõsuetudine Studij prædicti, quã vigore privilegior. Apostolicor. felicis recordationis Sanctissimor. D.nor. Vrbani IV. Clementis VI. & Eugenij IV. Sũmorum Pontificum, qua fungimur in hac parte sub regimine Ill.mi ac Generosissimi Viri D. Christiani Bruni Samo-Dani almæ Vniversitatis D.nor. Iuristar. florentissimi Studij iã dicti Prorectoris, et Syndici dig.mi per venerãdũ Collegiũ Ex.mor. Iuris utriusq. Doctor. eiudẽ Archigymnasij Perill.rem D. IVLIVM PVTEVM Nobil.m Ventionensem quon. Perill.ris et Ex.mi I.V.D.D. VIVIANI Fil.m

qui

{ qui post multa, et longa studia, ac meditatio= nes, variaq; eius probitatis, et eruditionis do= cumenta, ac uberrima testimonia, Fidem catholi= cam verbis iuxta Bullæ bonæ memoriæ Pij Pa= pæ IV. tenorem conceptis palam, et solēniter coram Nobis professus est } à Promotoribus suis adductum, et Nobis oblatū ad subeundū suum rigorosū examen, punctisq; ei in utroq; Iure he= sterna die {ut moris est} assignatis, diligenter, et acriter examinandū coram Nobis, et excutiē= dum curavimus; qui locis persequendis, argumē tis tractandis, quæstionibus clarè solvendis, in omni deniq; sui periclitatione adeò egregiè, pru= denter, doctè, honorificè, laudabiliter, excellēter, admirabiliter, et doctoreo more se gessit, taleq;, ac tantam ingenij, memoriæ, doctrinæ, cætera= rumq; rerum, quæ in consūmatissimo Iuriscon= sulto requiri solent, vim ostendit, ut magnam sui expectationem, quam apud omnes concitave= rat, non solùm sustinuerit, sed etiam longissime superaverit, et ob eam rem ab omnibus Excell.^mis dicti sacri Collegij Doctoribus ibidem continuè

exi=

existentibus VNANIMITER, ET CONCORDITER, CVNCTISQ. SVFFRAGIJS, AC EORVM NEMINE PENITVS, ATQ. PENITVS DISCREPANTE, AVT DISSENTIENTE, NEC HÆSITANTE QVIDEM, Idoneus, ac sufficientissimus in utroque Iure fuerit iudicatus, et approbatus, sicut ex eorum omnium votis secreto in scrutinio Nobis in scriptis porrectis evidenter, et perspicue cōstitit. Nos itaq. antiquam sequentes consuetudinē, et privilegior. sententiam Patavini Archigymnasij, habita ratione scientiæ, dicendi facultatis, methodi interpretandi, morum, ac virtutū, quor. omnium certissimū specimen ʒ exploratus, et pertentatus ʒ dedit: de consilio, et sententia omnium excell.mor. prædicti sacri Collegij Doctor. præsentium, et postulantium, pro tribunali sedentes eū dem Perill.rem D. IVLIVM PVTEVM ʒ Virum quidem doctissimū, et ita universis naturæ dotibus ornatū, ut nihil amplius in eo desiderari possit ʒ in DEI Nomine appro

ba-

bavimus, et approbatum esse volumus; pronunciā=tes, ac declarantes eum esse optimè habilem, idone=um, et dignū munere dignitate, officio, ac honore Doctoratus in Iure Pontificio, et Cæsareo, ipsū què continuò Iuris utriusq. Doctorem fecimus solemniter, et publice creavimus, ac per præsen=tes lrās fecimus, et creamus: tribuentes ei, et con=cedentes tanquàm verè idoneo, ac optimè digno, et hac promotione, ac virtute dignissimo potes=tatem, et auctoritatem cathedram magistralē ascē dendi, ac insignia Doctoratus a Promotoribus suis petendi, et recipiendi, ac ipsis Promotoribus illa sibi impertiendi facultatem liberam; ac præterea eidem plenam in DÑO concedentes potestatem, et auctoritatem, ut de cætero liberè possit hic, & ubiq. in toto orbe terrarum privatim, et publice in canonica, et civili sapientia legere, repetere, consulere, docere, disputare, glossare, interpreta=ri, quæstiones terminare, scholas regere, Baccalau=reos constituere, omnibusq., et singulis uti, et gau=dere privilegijs, prærogativis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, concessionibus, ho=

nori-

noribus, favoribus, gratijs, ac indultis alijs quibus=cunq., quocunq. nomine censeantur, quibus Romanę curiæ. Parisiensis, Salamaticensis, Papiensis, ac Bononiensis Studior. Doctores, atq. Magistri, et q=buscunq. Apostolicis, et Imperialibus, seu alijs Ecclesiasticis, vel temporalibus concessionibus, aut indultis gaudent, et utuntur, vel uti, et gaudere possunt, ac poterūt quomodolibet in futurum iuxta formam continentem vim, ac sententiam privile=giorum Apostolicor. à memoratis olim Sūmis Pō=tificibus huic inclyto Studio, almoq. Patavino Collegio concessor. absolutè. Quibus ita gestis, ac declaratis, ut supª Perillmus et Exmus Iuris utriusque Doctor D. Marcus Marchianus *Vincentinus* Canonicus *Patavinus hora vespertina in pº loco Iuris Canonici Interpres, et Promotor eiusdē in Iure Pontificio, et Cæsareo pro se ipso, et pro Clarmis et Exmis Iuris utriusq. Doctoribus, et Professoribus, videlicet* D. Carbonchio de Carbonchijs *Perusino hora pomeridiana in pº loco Ius Cæsareum docente,* D. Alexandro Synclitico *Cyprio*

hora

hora matutina in p.º loco Ius Civile declarante; D. Lælio Mancino Canonica Politiano hora matutina Ius Pontificium explicante, D. Marco Aurelio Galvano Ferrariensi Ius Cæsareum matutinum in paritate primi loci interpretante; ac D. Ioanne Galvano Patavino ad lecturam Criminalium deputato; memoratum Nobilem Virum per suam luculentissimã orationem petentem, et acceptantem consuetis insignibus, et ornamentis doctoralibus ibidem insignivit solemniter, et publicè decoravit: tribuit namq; ei Iuris utriusq; libros primo clausos, mox et apertos, annulumq; aureum digito ipsius indidit, ac biretum doctorale § pro laurea corona § capiti eius imposuit, pacisq; osculũ eidem exhibuit cũ magistrali benedictione. Sic itaq; sũma cũ laude, ac honore plurimo præfatus Perill.mus et Excellentissimus D. IVLIVS PVTEVS ad sũmum Doctoratus apicem Iuris utriusq; § DEO favente § pervenit. In quorum omnium, et singulor, suprascriptor, fidem, ac testimonium has nr̃as patentes Privilegij lr̃as manu

nu nr̃a subscriptas, et per Cancellariũ Ep̃palem subscribi, ac præfati Ill.mi et Rev.mi Ep̃i sigilli iussimus appensione muniri. Datũ, et actum Paduæ in Ep̃pali Palatio in loco solito examinũ, currente Anno Dñi M. DC. XLIIJ. Indictione XI. Die vero XI. mensis Aprilis: Põtificatus autem Sanct.mi in XPO Patris, et D. N. D. Vrbani Papæ VIII. Anno XXI. Præsentibus ibidem Perill.bus D. Carolo Egregijs Vtinensi, ac D. Io: Baptista Passavolano Glemonensi; et alijs quàmplurimis diversarum Nationum Nobilibus Studiosis in magna, et frequenti copia ad præmissa testibus vocatis, et rogatis.

L. D. O. M

[illegible signature]

Paulus Pastorius Canc. Ep.lis [illegible]

867

1680. 31. Ott. Padova

Diploma di laurea in legge

di Demetrio Voltera di Cefalonia

[illegible stamp]

IN CHRISTI NOMINE AMEN.

Anno Reparatæ Salutis M DC LXXX 92
Ducatus V. Serenissimi Principis Nostri Domini
Domini ALOYSII CONTARENI
Moderatoribus Patauinæ Academiæ Illustriss. & Excell.mis
Dñis Aloysio Priolo, Nicolao Venerio, et Sylue-
stro Valerio Equite, et Diui MARCI Procuratoribus

Nos PAULUS DOTTUS Nob. à Castro Fra-
co I.V.D. in Archilyceo Patauino Juris Cæ-
sarei matutini interpres primas, atque pro
Serenissima REPUBLICA VENETA eius
Collegij Præses, Uniuersis, et singulis præsens
hoc publicum Doctoratus Priuilegium visuris, et audituris,
Salutem in Domino, qui est omnium vera Salus.

Antiqua, et Nobilissima Uniuersitas Patauina bonarū literar.
mater, et disciplinarum, ac Scientiarum omnium Parens,
et altrix, quæ Clarissimorum Professorum splendore, vetustissi-
mæ Academiæ auctoritate, et sidereis doctrinæ, ac Virtutum
omnium innumeris documentis, sub felici regimine Sereniss.mæ
Reipub. Venetæ, non modò per Italiam, sed etiam per Euro-
pam uniuersam, et ubique gentium inter alias Academias obti-
net Principatum, eos duntaxat ad summum Doctoratus gradū
et Magisterij dignitatem euehere, et extollere consueuit, quos,
Virtutum excellentia, meritorum copia, diuturna studia, perui-
giles labores, morum probitas, et tandem examinis rigorosi cer-
tamen Doctorali laurea dignos exhibuerint. Æquum enim,
et rationi consentaneum maioribus nostris visum semper fuit
unicuique pro meritis digna præmia impertiri, et ad honorū
fastigia per laborum certamina, et Virtutum semitas, aditū
patefacere, Propterea etiam receptum fuit, ut qui Utrique iuri

assiduam, et diligentem operam nauarunt, maximis laudibus, ac summis honoribus, debitis scilicet Virtutis præmijs afficerentur, ut eorum exemplo tam socij, quàm posteri ad ineundum Virtutis difficillimum iter laudum et honorum stimulis accenderentur, et hinc, tanquàm ex Equo Troiano pro fecti, apud eandem Serenissimam Rempublicã, et alios uniuersos mundi Principes, assidendo Vrbes, ac nationes Juris auctoritate regendo, resque publicas gubernando, laborum suorum fructus non penitendos reciperent.

Significamus itaque Vobis, et harum literarum tenore, fidem facimus, & attestamur, qualiter, sub die infrascripta datarum præsentium Nos Preses antedictus auctoritate Serenissime Reipublice Venete juxta antiquam, et approbatam consuetudinem, ac Priuilegia alme Vniuersitatis Patauinæ, Pro Rectore, & Syndico Illustrissimo Dño Dño Comite IOANNE MVNICAVSA Nob Flandro Batauo, Præclariss:, et Studiosiss. Dnum DEMETRIVM VOLTERA Cephalenum Q D. ANDREÆ Filium ad Nos adductum cum uberrimis testimonijs ingenuitatis, et probitatis suæ, nec non diuturni in studio Vtriusque Juris curriculi, et ab infrascripto Preclarissimo Promotore suo de meliori nota Nobis commendatum, & oblatum ad subeundum rigorosum examen, punctisque ei in Vtroque Jure hesterna die, ut moris est assignatis, hodie diligenter, et acriter examinari coram Nobis, atque excuti curauimus, qui, punctis recitandis, argumentis repetendis, atque soluendis, in omni denique sui munere adeò egregie, prudenter, doctè, honorificè, laudabiliter, et Doctoreo more se gessit, talem, ac tantam ingenij, memoriæ, doctrinæ, facundie, ceterarũque rerum, et Virtutum, que in consummatissimo Jure Consulto requiri solent, vim ostendit, ut magnam sui expectationem, quam apud Nos excitauerat, non solum sustinuerit, sed etiam longissime superauerit; Quamobrem ab Excellentissimis Doctoribus, et Professoribus, qui examini interfuerunt. VNANIMITER, ET CONCORDITER, CVNCTISQVE SVFFRAGIIS, AC EORVM NEMINE PENITVS, ATQVE PENITVS DISCREPANTE, AVT DISSENTIENTE, NEC HÆSITANTE QVIDEM, idoneus, ac sufficientissimus in Vtroque Jure fuit iudicatus, et approbatus, sicut ex eorum omnium Votis in scrutinio secreto Nobis porrectis, euidenter, et perspicuè constitit. Nos itaque antiquam sequentes consuetudinem, ac Priuilegiorum sententiam Patauini Archigymnasij, habita ratione scientiæ, dicendi facultatis, methodi interpretandi, morum, ac Virtutum, quorum omnium certissimum specimen exploratus, et pertentatus dedit, de consilio et sententia omnium Excellentissimorum Juris Vtriusque Doctorum, et Professorum presentium, pro tribunali sedentes eundem

eundem Præclarissimum Dnũm DEMETRIVM VOLTERA,
Virum doctissimum, atque ita uniuersis naturæ, et artis dotibus ornatum,
ut nihil amplius ab eo desiderari possit, in DEI Nomine approbauimus, et
approbatum esse volumus, pronuntiantes, et declarantes eum esse optime
habilem, idoneum, ac dignum munere, dignitate, officio, et honore Do-
ctoratus in Vtroque Iure, ipsumque continuo Vtriusque Iuris Doctorem
Auctoritate Nobis à Sereniss. Republica impartita, fecimus solemniter,
et publice creauimus, et per presentes facimus, et creamus, tribuentes ei, tan
quam uere idoneo, ac optime digno potestatem et auctoritatem glossandi,
legendi, Cathedram ascendendi, et omnes Doctoreos actus exercendi,
et Insignia Doctoratus à Præclarissimo Promotore suo petendi, et recipi-
endi, ac predicto Promotori illa ipsi impertiendi, preterea eidem plenā
in Domino concedimus facultatem, et potestatem ut de cetero possit
hic, et ubique in toto Orbe Terrarum priuatim, atque publice in Cano-
nica, et Ciuili Sapientia legere, repetere, consulere, docere, disputare,
glossare, quæstiones terminare, Scholas regere, omnibusque, et sin-
gulis uti, et gaudere Priuilegijs, prerogatiuis, exemptionibus, immu-
nitatibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, fauoribus, gratijs
ac indultis alijs quibuscumque quocumque nomine censeantur,
Quibus Romane Curiæ, Parisiensis, Salamaticensis, Oxoniensis, Pa-
piensis, ac Bononiensis Studiorum Doctores, atque Magistri, ex
quibuscumque Apostolicis, et Imperialibus, seu alijs Ecclesiasticis, vel
temporalibus concessionibus, atque indultis gaudent, et utuntur, vel
uti, et gaudere possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, iuxta
memoratam consuetudinem, ac Priuilegia Patauine Academiæ,
Quibus ita gestis, et declaratis Preclarissimus, & Excellentissimus
Dominus ALMERICVS PASSARELLVS Ferrariensis Iuris
Vtriusque Doctor, et in præfato Lyceo ad Lecturam Iuris Canonici de ma-
ne in primo loco publicus Professor, Promotor eiusdem coram Nobis, &
presente Illustrissimo DD. PreRectore, nec non Præclarissimis, et Ex-
cellentissimis Iuris Vtriusque Doctoribus, et Professoribus, Videlicet
Dño Achille Bonfiglio Patau: ad Lecturā Iuris Cesar. de sero in 2° loco,
Dño Jo. Baptista Gilagnotti Pat.° ad lect. Jur. Cæsar. de mane in 2° loco,
Dño Jo. Antonio de Bonis Can. Estensi Jur. Canon: de mane in 2° loco,
Dño Vincentio Francisconio Can: Patau: Jur. Canon. de sero in 2° loco
Dño Vbertino Discalzio Pat.° I. N. G. I. Protect: ad Lect. Criminalium,
Dño Aloysio Angeli Patauino ad Lecturam Codicis, Domino An-
tonio Varra Veneto Can. Ciu. Foro Julij ad Lect. Institutionum in pri-
mo loco, deputatis, qui, eum ut supra, approbarunt suis suffragijs, me-
moratū

moratum doctissimum Virum, per suam luculentissimam orationem petentem, et acceptantem, consuetis insignibus ac ornamentis Doctoralibus ibidem insigniuit solemniter, et publicè decorauit tribuitque eidem Juris Vtriusque libros primò clausos, mox etiam apertos, annulumque aureum digito suo indidit, ac Biretum Doctorale, pro Laurea Corona, capiti eius imposuit, pacisque osculum eidem exhibuit cum magistrali benedictione: Sic itaque summa cum laude et honore, præfatus Præclariss. et Excellentissimus D. DEMETRIVS VOLTERA, ad summum Doctoratus apicem Juris Vtriusque {DEO Fauente} peruenit. In quorum omnium, & singulorum suprascriptorum fidem, ac testimonium has nostras patentes Priuilegi literas, manu nostra subscriptas, et Sigillis S. Marci Veneti, et almæ Vniuersitatis Dominorũ Juristarum, Chirographo etiam Cancellarij dictæ Vniversitatis muniri iussimus ad perpetuam rei memoriam. Actum, et datum Paduæ, in alma Patauina Academia, in loco solito examinum, Anno, ut supra D. Nri M DC LXXX, Die vero Jouis XXXI, Mensis Octobris. Presentibus Præclarissimo et Excellentiss.° D. Marco Antonio Achelli Cretense I. V. Doctore, nec non Domino Nicolao Varda Nob. Cretense, aliisque quamplurimis diuersarũ Nationum Nobilibus Studiosis in magna, et frequenti copia testibus omnibus ad præmissa Vocatis, et rogatis.

L. D. O. M.

Antonius Vaira I. C. Prof. Primus [illegible]

[illegible]

Sebastianus Moretti q. D. Franc. [illegible] Veneta auctoritate Notarius pub. Paduæ, ac Ill.mi Coll. Veneti Nobb. ac Ex.m D. V. Profess. in Alma Acad. Celeb.mi pub. Archigym. Patauini Pro: Cancell., [illegible] pub.m in V. I. doctoratus priuileg. m[illegible] D. Demetrij Voltera Cephaleniæ D: Andreæ filij, in V. Iure, cunctis suffragijs nemine penitus dissentiente approbat. die iouis 31 mis. octobris 1680 - subscripsit die iouis p.° mis. Januarij ind. [illegible] anno 1682.

867

1652

Laurea in teologia

di Giulio Pozzo di Venzone



IN CHRISTI NOMINE AMEN

VNIVERSIS, & singulis præsens hoc publicum Doctoratus Sacræ Theologiæ Priuilegium visuris & lecturis seu legi audituris, Nos Abb. BERNARDINUS Sfortia Nob. Pat., Sacræ Theologiæ Doct., & in Episcopatu Paduæ, Ill.mi ac R.mi in XPO Patris D.D. GEORGII CORNELII, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Epi Pat.ni, Comitisq. Saccensis, nec non Gen.lis Priuilegiati Antiquissimi ac Celeberrimi Archigymnasij Patauini, Aplici Cancelary Dignis.mi Vicarius Gnalis salutem in EO QVI EST VERA OMNIVM SALVS. Quoniam vetus extat consuetudo à maioribus nostris laudabiliter obseruata, quæ in hodiernum vsq. diem viget, & Pollet vt qui ad optima Diuinarum rerum

studia, tot vigilys, totisq; laboribus incubuerant, in Doctissimorum Virorum cetu honorum titulis exornentur, atq; laurea demum Corona insigniti, vberrimos virtutum suarum fructus percipiant, ac gloriosum consequantur triumphũ, ex eorum profectibus, maior possit in DEI ECCLESIA vtilitas peruenire. Significamus itaq; vobis, atq; serie fidem facimus, & attestamur qualiter Die infrascripta datarum presentium, Nos Vicá: antedictus, authoritate prefati Ill.mi & Rev.mi D.D. Ep.i Padue, ex sua pontificali dignitate competente, tum ex antiqua, & approbata consuetudine Study Pataũi, tam Vigore Priuilegiorum felicis recordationis Sanct: rum D.D. VRBANI IV. CLEMENTIS VI. & EVGENII IV. Summor.um Pontificum, qua fungimur in hac parte, in loco solito coram Nobis conuocata, & more solito congregata Celeberrima Vniuersitate Ad.m Rev. rũ & Exc.m D.D. DECANI, Magistror., & S.e Pagine Lect. dicti famosis.mi Study Pat., Per Ill.em & Rev.num D. IVLIV Putheum V.I.D. Canonicum in Metropolitana Ecclesia Aquileiensi, filium q. Per Ill.s ac Exc.i I.V.D. D. VIVIANI. Qui post longa studia, & Meditatio: nes, variaq; eius probitatis, & eruditionis documen: ta, ac vberrima testimonia, habita prius informa: tione de eius Fide Catholica, & facta prius per

ipsum pub.ᶜᵒ fidei professione iuxtà formam, & tenorem Bullę Sanctiss.ᵐⁱ Dñi N'ri felicis recordationis D.D. Pij Papę IV datę Romę apud Sanctiss.ᵘᵐ Petrum, Anno Dominicę Incarnationis MDLXIV, Idibus Nouembris, Pont.ˢ eius Anno V; & ut in ipsa Bulla apparet, ac in processu ritè sup. his formato p Canc.ʳⁱᵘ nrum infrascriptum manifestè constat, à Promotoribus suis adductum, & Nobis oblatum ad subeundum suum rigorosum examen, Punctis què ei: ut moris est · in Sacra Theologia preassignatis, fecimus coram Nobis, atque Ad.ᵐᵒ R.ᵈᵒ & Ecc.ᵐᵒ D.D. MATTHEO Ferchio Veglensi, Almę Vniuersitatis predictor. DECANO, ac alijs eiusdem S.ʳⁱ Collegij Doctoribus, & Magistris ibidem assistentib. diligenter examinari Et quia ipse Per Ill.ʳⁱˢ & R.ᵐᵘˢ D. IVLIVS PVTHEVS in huiusmodi examine puncta assignata Magistraliter recitando, Argumenta quęcunq., ac dubia õia, & quaslibet quęstiones, ac oppositiones quamuis arduas & obscuras sibi factas miro ordine replicando, ampliando & clarè soluendo, tã bene, doctè honorificè laudabiliter, excellenter, & Magistraliter se gessit, talemq., ac tantam ingenij memorię, doctrinę, cęterarumq. rerum, quę in consumatissimo Theologo desiderari solent, vim ostendit, ut magnam sui

expectationem quam apud omnes concitauerat, nō solum sustinuerit sed etiam longè excesserit, uicerit, superauerit, Et ob eam rem ab omnibus Exc.^mis & Ad.^m R.^dis dicti S.^ti Collegy Doctoribus, & Mag.^ris ibidē existentib; VNANIMITER, ET CONCORDITER CVNCTISQVE SVFFRAGIIS AC EORV̄ NEMINE PENITVS ATQ. PENITVS DISCREPANTE AVT DISSENTIENTE NEC HÆSITANTE QVIDEM MORE NOBILIVM Idoneus, ac sufficientiss.^us in S.^ra Theologia extitit iudicatus, sicut ex eorum votis in scrutinio secreto Nobis inscriptis porrectis euidenter constitit. Nos Itaquè antiquam sequentes consuetudinem, & Priuilegiorum sentiam Patauini Archigymnasy habita ratione scientię dicendi facultatis, methodi interpretandi, morum, ac virtutum, quorum omnium certissimum specimen exploratus, & pertentatus dedit, de consilio & Sententia oīum Exc.^num et Ad.^m Reu.^dorum prędicti Collegy Doctor.^um, & Magistrorum ibidem presentium, istantium pro Tribunali Sedentes, eundē P. Ill.^mum & Reu.^mum D. IVLIVM Putheum, Virum quidem Catholicum atq; Doctissimum, **IN DEI NOMINE** approbauimus, & approbatum esse volumus, Pronuntiantes, ac declarantes, eum esse optimè habile, Idoneum ac dignum munere officio Dignitate & honore Doctoratus in Sacra Theologia ipsumq; continuè S.^e Theologię Doctorem, & Magist.

fecimus solemniter, & creauimus ac per presentes facimus & creamus. Et ipsi tanquam verè idoneo, ac optimè digno, & hac promotione & virtute dignis.° concedimus & impartimur facultatē ac authoritatem, Cathedram Magistralem ascendendi, consulendi, docendi disputandi glosandi praticandi, interpretandi questiones terminandi, Scolas regendi Baccalaureos creandi, omniaq; alia faciendi & exercendi Padue ac vbiq; locorum, & terrarum que ad S.re Theologie Doctores, & Magistros quomodolibet pertinere noscuntur, & de cetero vti & gaudere possit omnibus, & singulis Priuilegijs, prerogatiuis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, fauoribus, gratijs, ac indultis alijs, quibuscumquè, quòcumquè nomine censeantur. Quibus Romane Curie Parisiensis Salmaticensis Papiensis & Bononiensis Studiorum Doctores, atque Magistri Sacre pagine qui suos actus Magistrales prefecerunt & ex quibusvis Apostolicis & imperialibus, seu alijs Ecclesiasticis, vel temporalibus concessionibus, aut indultis alijs gaudent. quomodòlibet in futurum, iuxtà formam, & tenorem. Priuilegiorum Apostolicorum, à memoratis olim Summis Pontificibus huic inclito studio, Almoquè Patauino Collegio concessor, absolutè. Quibus ità gestis, & declaratis, vt supra. Exc.mus & Reu.mus D. Pater Mag. CYPRIANUS Philippinus Venetus Theologie in via Sancti

Thomę in Accad.ᵉ Pat.ᵃ Pub.ˢ Professor, eiusdem Pro-
motor pro se, & pro alijs R.ᵐⁱˢ & Ex.ᵐⁱˢ S.ᵗᵉ Theologię Doc-
toribus V.D. MATTHÆO FERCHIO Veglense, ad
Theologiam in via Scoti, D. FRANCISCO BETTO-
TO Bononiense ad Metaphysicam in uia Scoti.
D. ANASTASIO GALDIOLO Vicentino Abb. Cas-
sinense, ad Philos: extraord., in Secundo loco.
Memoratum R.ᵈᵘᵐ Virum Doctissimum per suam
loculentissᵐ orationem petentem, & acceptantem,
consuetis insignibus & ornamentis Doctoralibus
ibidem decorauit, solemniter & insigniuit. tribu-
it namq; ei S.ᵗᵉ Theologię libros primò clausos,
mox, & apertos Annulum aureum digito ipsius
indidit, ac biretum Doct.ˡᵉ pro Corona capiti
eius imposuit, Pacisq; osculum eidem exhibuit
cum Magistrali benedictione. Sic itaq; summa
cum laude & honore, plurimo pred.ˢ P. Ill.ᵐⁱ & R.ᵐⁱ
D. IVLIVS PVTHEVS V.I.D. ad S. Theologię Doct.ᵘᵐ
apicem DEO Fauente peruenit. In Quorum om-
nium & Singulorum suprascriptorum fidem, tes-
timonium, has nostras patentes Priuilegij litte-
ras manu nostra & per Cancellarium Episcopa.ᵐ
subscriptas ac perlibati Ill.ᵐⁱ & R.ᵐⁱ D.D. Episcopi Pat.
sigilli iussimus appensione comuniri.
Actum & Datum Padue in Epali Palatio in loco

solito examinum, currente Anno à CHRISTI Natalibus MDCLII. Ind.^e V. die verò XXI Mensis Iunij; Pontificatus autem Sanctiss.^mi in XPO Patris & D.N.D. INNOCENTII Diuina Prouidentia Papę X, Anno VIII. Presentibus ibidem Illmo D. IO: FILIPPO Pancaleo, & D. IO. IACOBO Bertolino Foroiuliensib.^s & Alijs quam plurimis Ill.^s, & R.^{dis} Nobilibus Viris in magna, & frequenti copia, testibus ad premissa Vocatis, & Rogatis.

L. D. O. M.

Ill.^{mus} Rev: Abbas Sforza Vic.^{us} gñlis

Lu[illegible]

Carolus Pastorius [illegible] [illegible]

IN CHRISTI NOMINE AMEN

867

1712, 28 Maggio. Padova. Diploma di laurea in ambe le Leggi del Sig.r Agostino Cavalli di Batt.ta, del Friuli Imperiale.

Pag. [illegible]

in Spiritualib; ac Tempo
ralib. V[illegible]arius Genera
lis. Sede [illegible] in Ec, qui est
[illegible]
APUD antiqua [illegible]

IN CHRISTI NOMINE AMEN

VNIVERSIS et singulis praesens publicum Doctoratus Privilegium visuris, lecturis, seu legi audituris Nos Franciscus Doglioni Nob. Bellunensis Canonicus Patavii I.V.D. & in Episcopatu Paduae Em. & Rev. DD. GEORGII Miseratione Divina Basilicae Sanctor. Duodecim Apostolor. S.R.E. Praesbyter. Cardinal. CORNELII DEI, & Apostolicae Sedis Gratia Episcopi Patavini, Comitisque Saccensis, nec non Generalis Privilegiati Antiquiss. ac celeberr. Archigymnasii Patavini Apostolici Cancellarii Dignissimi In Spiritualib. ac Temporalib. Vicarius Generalis. Salutem in Dno. quae ... [illegible] ...

APVD antiqua ... [illegible]

claram Vrbem Patauinam, quæ ueluti omnium Scientiarum
Alumna per Italiam Uniuersam, Incyta Clarissimorum
Doctorum auctoritate, atq. militia sidereis Virtutum o-
mnium splendoribus obtinet Principatum, illos dumtaxat
ad summum Doctoratus Gradum, quo cæteris hominum
generibus præferuntur post diuturnos labores, atq. uigili
ias prosilire contendit, qui examinis rigorosi dubio
in certamine probati apud Vniuersos Mundi Principes,
consulendo, Urbes ac Nationes Iuris auctoritate regendo
resq. publicas gubernando, singulari honore & Primicq.
digni recte possint a cunctis merito iudicari; Quatenus
eorum exemplo Posteri ad capescendam Virtutem, ac sum
me probitatis, & laudis decus honore, & Gloria accenderen-
tur. Significamus itaq. Vobis, & harum serie fidem fa-
cimus, et attestamur, quod die infrascripta dictorum præ-
sentium. Nos Vicarius antedicta auctoritate præfati E-
minentissimi, & Reuerendissimi Dñi Dñi Episcopi Paduæ ex
sua Pontificali dignitate competente tam ex antiqua &
approbata consuetudine studii Patauini quam uigore Pri
uilegiorum Fælicis Recordationis Sanctissimorum Domi
norum Vrbani IV, Clementis VI, & Eugenii IV, Summorum
Pontificum qua Fungimur in hac parte, sub Regimine Ill.mi
& Generosiss.mi D.D. IOANNIS BAPTISTÆ LANTIANA No
bil. Iadertini Dalmatæ Furrecio, & Synd. Meritiss.mi
Almæ Vniuersitatis D.D. Iuristar. Ccc ert ... Patauini, per Venerandum Collegium Excellentissimorum Iur. Vtriusq.
Doctorum eiusdem Archigymnasii studiosissimum D. AVGVS
TINVM CAVALLI Forouliensem Imperialem D. Io. BAP
TISTÆ Filium. Qui post longa demum Studia, & uigilias
uariaq. eius pe[..]ntis, ac eruditionis documenta, ac
